



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

22. De filio prodigo. Luc. 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

4. eleuasse oculos in cœlum, vt discamus in ærumnis non fidere meritis nostris, sed confugere ad Deum. 5. clamasse, vt concionibus & inspirationibus diuinis partemur. 6. iussisse solui vincula, vt per confessionem peccatorum absolutionem à peccatis quæramus apud Apostolorum successores sacerdotes. 7. iussisse Lazarum abire, vt post acceptam peccatorum remissionem, sobriè, piè, & iustè vitam instituamus.

MEDITATIO XXII

De filio prodigo. Luc. 15.

1. **P**RODIGVS extorta portione substantiæ in regionem longinquam abiit, eamque dissipauit viuendo luxuriosè. Considera prodigum esse peccatorem, vel in uocatione sua deficientem, qui portione substantiæ postulat, cū quærit libertatem, & vult se se iuris. Dicitur autem portio, quia omnia huius mundi libertas, vel voluptas expugnata est, si ad æternam gratiæ & gloriæ substantiam conferatur. 2. in regionem longinquam abiit, qua homo terrenis deditus suo arbitrio viuens. nō diu potest esse sine peccato mortali, & sic separat se à Deo & domo paterna, ac aliquando uocationem suam deserit, eoq; peruenit, vt nō possit

loquar.

DE
loquent
hoc est,
donis sp
ralibus,
quo in
tis se de
Fame
bat vètr
mo et da
trem dic
te. Cōfi
mi, cum
animam
tranqui
re auter
luari, &
re) quā
sionibu
aliorum
quoq; r
prati, b
nis, co
peccat
ab aliis
prati b
sit 2. C
tis hæ
quand

loquentes audire. 3. dissipat portionē suā,
hoc est, gratia Dei spoliatur, virtutibus, &
donis spiritualibus, ac etiam bonis tēp o-
ralibus, vt non habeat quod comedat, &
quo induatur, ac demū turpissimis pecca-
tis se dedat, mēteq; & corpore corruptatur.

*Fame valida coorta factus subulcus cupie-
bat vētr em implere porcorum siliquis, & ne-
mo es dabat. Et reuersus in se ait. Ibo ad pa-
trem dicens Pater peccaui in cœlum & coram
te. Cōsidera peccatorem valida fame pre-
mi, cum auulsus est à Deo patre, qui solus
animam satiare potest, solus quietam &
tranquillam reddere conscientiam. Pasce-
re autem porcos, (quorū est in cœno vo-
lutari, & oculos nūquam in cœlum erige-
re) quādo it post concupiscētiās suas, pas-
sionibus suis obsequitur, & omne respuit
aliorum imperium & obedientiam, nulli
quoq; rei inhiat, nisi honori suo, & volu-
ptati, beneficiorū Dei immemor, oratio-
nis, confessionis & bonorum operū. Cui
peccatori id etiam contingit tādē, vt &
ab aliis contemnatur, & nunquam volu-
ptatibus, quas quærit, frui vel expleri pos-
sit. 2. Considera, sicut peccator in pecca-
tis hærens se porcū facit & bestiam, sic
quando cogitat de emendatione, redit ad*

se, & fit iterum homo; dum adiuuante diuina gratia primū aperit oculos & agnoscit miseriam vilitatemque suam. deinde dolet de petulantia sua, ac concepta fiducia de paterna Dei clementia surgit, & in viam se dat pœnitentiæ, ac prociens in terram peccata sacerdoti confitetur.

Pater autem videns redeuntem à longinquo, occurrit, & osculatus eum iussit ei reddi primam, annulum, calceos, & conuiuio parari in gratulationem. Confidera Dei Patris benignitatē, qui statim ad peccatoris conuersionem se conuertit, etiam si legē absit, id est, nondum plenam contritionē de peccatis habeat, nouo auxilio occurrit, magna caritatis ostendit, osculatur, peccatorem sibi coniungit, primam iustitię stolam facile reddit, anaulo caritatis eundem sibi desponsat, virtutibus tãquam calceamentis ornat, & mirabili consolatione quasi conuiuio reficit, angelos omnesque Sanctos in cœlo inuitat ad illud, vt gaudeant super vno peccatore pœnitentiam agente. 2. confidera, sępe illos qui in magnis peccatis fuerunt, maiori caritate in Deum ferri, quam qui nũquam in grauiora peccata sunt lapsi, vt non desperes si aliquando grauiter peccasti.

MEDI.